

**www.e-rara.ch**

**Enchiridion militis christiani, saluberrimis praeceptis refertum**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1540**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-4944>

Des. Erasmus Roterodamus Adolpho principi Veriensi s. p. d.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# DES ERASMVS RO

TERODAMVS ADOLPHO

principi Veriensī S. P. D.



RESSIVS intuēti mihi, nō  
usquequaq; assentādi palpan  
diq; uitio receptū uideri solet  
Adolphe suauissime, ut antiq  
tus reges & imperatores pa  
ne g yricis sollemniter (& qui  
dem in os) laudarentur: quin

potius sic existimo, uiros cordatos, rerumq; naturae  
atq; humani ingenij egregie prudētes, cū spes nō es  
set, leoninā illā regij pectoris generositatē, & aurū  
delicias, uel monentis autoritatē, uel increpantis se  
ueritatē aliquando passuras, publicae utilitatis respe  
ctu uela uertisse, ac uia quidē occultiore, eodē tamen  
cōtendisse. itaq; sub laudatiōis specie simulachrū qd  
dam absoluti principis eis uelut in tabula depictum  
representasse, ut ipsi sese ad propositū exemplar exi  
gentes, taciti secum agnoscerent, quantū ab illa lau  
dati principis imagine abessent, ac citra tum pudorē  
tum offensam discerent, quid uitij mutandū, quas uir  
tutes praeſtare oporteret. Eodēq; titulo nō idē agere  
tur, uidelicet, ut boni principes quae facerēt recogno  
scerēt, mali quae facere deberēt, admonerentur. Nihil

igitur

# DE VIRTUTE AMPECT.

igitur erat aliud ista laudatio, quàm delicatū monendi, blandumq; exprobrandi genus, ac planè phar-  
 cum, necessarium quidem illud, sed amarum, eoq; mel-  
 le praelitū. Id quod olim regum Barbarorum uiolen-  
 tia dabatur, non tam turpiter (ut ego opinor) quàm *Laudibus a-*  
 prudenter. Pueritiæ uero studia, moderatis laudibus *lenda studia*  
 alere, ac ueluti crustulis datis, blādus inuitare, adeo  
 uitio datum non est, ut à magnis quoq; autoribus  
 præcipiatur. Sed ista quorsum inquis? nimirum huius-  
 modi præfatiuncula uisum est adulationis notam de-  
 precari atq; præcludere, cum statuissem hac epistola  
 paulo ineptius tecum agere, & cum puero te pauli-  
 sper ueluti repuerascere. Quanquàm ego te genero  
 se Adolphe, ne laudaturus quidē sum, quin magis te  
 ipsum tibi tanquàm in speculo demonstraturus, ut  
 temet noris, nō autem ut etiam ames simulq; pereas,  
 quemadmodum de Narcisso fabulantur poete, sed ut  
 etiam atq; etiam intelligas, quàm magnum nomē sis  
 deo tuæ felicitatis auctori, quibusq; rebus sis natus, &  
 quo tibi sit eluctandum, ne cum totum cœlum tibi ar-  
 riserit, tute tibi parū prosper fuisse uideare. Hoc pro-  
 fecto sibi uolebat (ni fallor) speculum illud Socrati, *Speculum*  
 cum, ad quod uir sapientissimus mittere solebat a- *Socraticum*  
 dolescentulos: ut qui se perspexissent corporis & in-  
 genij dotibus, fortunæq; commodis ampliter cumu-  
 latos, uel hoc ipso ad uirtutis studium sollicitarentur,

cum

# ERASMI ORATIO DE

cum intelligerent ad tantam naturæ sortē, haud me-  
diocrem industriæ usuram tum deberi, tum expecta-  
ri. Si uero quibus hæc malignius contigissent, hoc im-  
pensius ad conandum extimularentur, quo quod na-  
tura uideretur diminutum, industria exæquarent.  
Quamquàm autem tanta in re cessatio nullam omni-  
no recipiat deprecationem, tamen non paulo minus  
reprehendendi uidentur, quorum industriæ fortuna  
quodammodo defuit, quàm qui fortunæ defunt ipsi.  
Tibi uero mi Adolphe, quæcūq; ad perfectam uirtus-  
tem adminicula cœlitus dari possunt, adeo sunt affa-  
tim suppeditata, ut nisi omnia summa præstiteris,  
neq; sorti à deo credite, neq; tuorū expectationi re-  
sponsurus uidearis. Primum enim quid ego referam  
fortunæ miram in te raramq; indulgentiam? quæ te  
uix dum natum, ueluti manibus suis, in summo rerum  
fastigio collocauit. Quæ te ad summas res non eue-  
xit, sed genuit, immò quæ principē florentissimum,  
et antequàm in lucem ederet, fecit. Quippe quæ ti-  
bi genus largita est clarissimis utrinq; imaginibus il-  
lustre: paternum quidem à Philippo Burgundionum  
duce, heroe cum quouis etiam ueterum componen-  
do: maternum uero à Borbonica stirpe, id est, Gallo-  
rum regibus ductum. Ut omittam interim rem am-  
plam, ac ditionem luculentam: ut sileam affinitates  
utriusq; sororculæ sponsalibus cū summis proceribus  
adiunctas

# VIRTVTE AMPLECTENDA

adiunctas, ut ne tibi de matre tam pia gratuler, quæ  
solicitudine quadam incredibili te ueluti denuo par-  
turit, nihilq; putat in uitã eduxisse, nisi & ad uirtu-  
tem perfectam prouexerit : ut ne id quidem recense-  
am, quod iam nunc te puellum cum pleriq; primates  
aulici, tũ clarissimus ipse princeps Philippus certa-  
tim fatali quodam fauore studioq; prosecuuntur, nihil  
non ausi sibi de tua indole polliceri. Illud enim pro-  
pius ad te pertinet, de quo non puduit & sapientissi-  
mum illum regem gloriari, quod, ut ille ait, animam  
sortitus es bonã, quodq; uerus ille Prometheus men-  
tem tibi indidit felicissimã, istis opibus, isto rerũ api-  
ce, istis imaginibus dignam, dignã isto corpusculo,  
quod & ipsum architectrix natura, ueluti uirtutũ ar-  
culam quandam, omnibus Veneris & Gratiarũ mu-  
neribus copiosissime perpoliuit, ne scilicet non habe-  
ret pulcherrimũ domiciliũ, animus pulcherrimus.  
Neq; uero parui refert, principem uti uirtute, ita &  
corporis specie uulgus antecellere, cum uideam Ver-  
gilianum illud, uel reclamante Seneca, præclaris uir-  
ris nõ temere placuisse: Gratiior est pulchro ueniens  
in corpore uirtus. Quanquam ille ipse tetricus philo-  
sophus ac Stoicorum penè dixerim Stoicissimus, mi-  
raculi loco refert, Claranum quendam suũ, cum cor-  
pore deformi esset, ingenio tamẽ atq; uirtute præcel-  
luisse, & unius exẽplo ratiocinatur egregiam men-

Notatur  
Seneca

tem

ERASMI ORATIO DE

tem sub quauis etiā cute latere posse, id quod ne Ma-  
ro quidem negat, uerum ait, animi decus cum corpo-  
ris specie coniunctum, commēdatius & gratius esse  
mortalium oculis. Quis autem usq; adeo cōmuni sen-  
su caret, ut hoc inficiandū putet? Quo magis miror  
cur homo grauis tam confessam poetæ sententiā scri-  
psit errorem sibi uideri. Sed omisso Seneca ad rem  
redeamus. Poetæ mirabiles rerum omniū adumbra-  
tores diuinis mentibus, quas utiq; felicissimas uideri  
uolunt, corpora tribuunt pulcherrima. Cuius senten-  
tiæ ne Platonem quidem ipsum pœnituit, cum sapien-  
tiæ mysteria poeticis (ut solet) inuolucris obuestiens,  
dijs, id est, beatis mentibus, & ab omni terrenæ labis  
cōtagio porro semotis, & currus decoros, & equos  
ambrosia nectareq; nitidos attribuit. Homerus au-  
tem omnium disciplinarū tanquā oceanus quidam,  
Achillem, Ulyssē, Menelaum, & si quos præterea  
uirtute præstantes heroas facit, decentissima quoq;  
corporis specie fingere cōsuevit θεοειδείς, καὶ θεῶν  
ἰκελός, id est, diuina specie & deo similes eos iden-  
titem appellans. Thersitæ uero ut mentem ignauam  
ac degenerem, ita corpus ad portentum usq; defor-  
me affinxit.

φολλὸς ἔλω, χαλὸς δ' ἔτορον πόδ' αὖ τῶ δ' εἰ οἱ ὦ/  
κνυρῶν ὡς σῆθος σιωοχηρότε, αὐτὰρ ὕπρθε (μοῦ  
φῶξος ἐνν κεφαλὴν ψεδνῆ δ' ἐπενλωθε λάχνη

Quod

# VIRTUTE AMPLECTENDA

Quod Maro noster, ut Homeri pleraq; alia, ita hoc quoq; diligenter est emulatus, in Aenea, Iulo, Eurialo, multisq; alijs. Quin & Socrates philosophorum **Socrates** non sapientissimus modo, uerum etiam incorruptissimus, in Phædro Platonis subobscurè quidem, sed nimis quàm eleganter innuit, bonâ corporis figuram, bonæ mentis aut argumentum esse, aut certe adiumentum: illud pulchri equi, hanc equitis sub nomine depingens ac denotans. Postremo & Aristoteles ipse de corporis & uultus indicijs, pectoris habitû coniiciendû existimauit, idem carnû mollitudinē, ingenij nequitiam duri iudicauit signû. Postremo fides his **Aristoteles** desit autoribus, nisi et historiographorû cōsensu: ex indicijs statissimû est, Pythagorâ, Scipionē Africanû, cumq; corporis his innumerabiles, quod diuinas quasdâ animi dotes, mentem complexû quàm homines crediti sunt, uenusta decentiq; forma fuisse. A deo uidelicet cognatæ res sunt, corpus atq; anima, ut alterius habitum altera sequatur, ac mētis quidē bonitas in ipsa cutis specie reluceat, rursum corporis habitus diuinæ (ut ait Flaccus) auræ particulâ uicissim afficiat, ut quæ corpori penitus sit immersa, eiq; illigata, uelut ostreâ circumferat. Nam hæc est una ex pinguibus illis Socratis similitudinibus, in quas iocatur Alcibiades. Sed uereor ne de forma nimis multa. Quamq; ego nequaquam aut corporis dotes, aut ingenij felicitatem sic effero, ut uel eos quibus

# ERASMI ORATIO DE

quibus hæc parcius obtigerunt, à uirtutis studio deterrere, uel puero tibi pueriter blandiar, quinimmo utrosq; non ad Narcissi fonticulũ, sed ad Socratis speculum adduco, ut & illi hoc acrius excolendo animo studeant, quo minus naturæ dotibus adiuuatur, tuq; cogites quàm indignum flagitiũ, quàmq; absurdum futurum sit, si in tam uenusto corpore, mentem inuenustam atq; incultam esse patiari, ac sub cute nitida, carie situq; squalcat animus. Tum si commiseris, ut cum tibi natura uilissimam tui partem expoliuerit, tu immortalẽ tui portionem negligas honestis studiis excolere. Deniq; nihil isto monstro puta esse mōstro sius, quàm in delicato scriniolo ἀνὴρ καλὸς (ut Græci dicunt) ὁσὶ αὐτοῦ, & si magis Cynice dicendum, in gemmata pyxidula coenũ, aut si quid cæno spurcius. Proinde mi Adolphe, ne laudari quidem te puta ubi quispiam formosum te, aut generosum, aut bene ingeniũ prædicat. Verissima enim & mordicus tenenda Epicteti sententia (si tamen senem tam Stoicũ aulicæ ferent auriculæ) prorsus extra nos esse, nihilq; quicquã ad nos pertinere quæcunq; à fortuna uel dari possunt, uel eripi. Nondũ igitur Adolphũ ipsum laudauimus, dei modo gratuitam in te benignitatem retulimus, imputandam nisi ad scœnus accommodaris. Porro reliquæ uirtutes, quæ propriè ad hominis laudem pertinet, ne possint quidem adhuc in ætate tam

tenella

# VIRTUTE AMPLECTENDA

*tenella citra Gnathonismum laudari. Tametsi tēpe  
 stiū carum progentū à tuo expectamus autumno,  
 neq; falles, opinor, expectantes, quandoquidē isto  
 tam florulento uere nos in spem amplissimā erigis:  
 iamiam enim ceu grauida turgent in palmite gema  
 me. Iam nūc admodū adhuc puer, quasi gemini de/  
 coris specimē edis, puta, tum animi paterni belli pa  
 cisq; artibus iuxta pręstatis, tum materni ingenij,  
 in cuius se mores nihil habere iuris ipsa quoq; fortu  
 na miratur. Et illum quidem militie decora, atq; ar  
 dens euexit ad æthera uirtus, hæc autem rarissimo  
 prorsus exemplo cum foemineo sexu masculū animi  
 robur, cum summis uitę delicijs (quas illius fortuna  
 non animus postulat) continentia incredibilem: cū  
 eximia nobilitate superbissimisq; stemmatis mode/  
 stia Et comitatē propē plusquam plebeiam: deniq;  
 (ut semel complectar) cum aula Christū copulauit.  
 Vtrunq; igitur parentē Adolphe, alterum inuidiis/  
 simū, alterā integerrimā modestissimamq; iam spe  
 quadā ita refers, ut simul Et Mauortijs studijs ca/  
 piaris, neq; à Musarū literario ocio abhorreas, pos  
 sisq; ad utrūq; iuxta natus ac sculptus uideri, Et  
 Βίον πρεσβυτέρου, quem præfert Diccarchus, Et  
 Θεοφράστου, qui Theophrastum magis delectat. Et  
 hunc quidē tum priorem, tum feliciorē in politia  
 sua putat Plato, ad illum tamē uel ui retrahendum*

## DES. ERAS. ORATIO DE

sapientē, publicæ utilitatis nomine. Sed priuato si-  
 biq; uiuenti liberum esto, utrum malit sequi. Princi-  
 pi certe, qui patriæ non sibi nascitur, neutrum opor-  
 tet deesse, Et utrūq; Homerus Vlyssi, Vergilius Ae-  
 nea tribuit: alterū dum eos diuturnis erroribus ua-  
 rijsq; casib. exercēt, dum medijs bellorū miscēt tu-  
 multibus, alterū dum ad inferos deducūt. Eodē ar-  
 bitror pertinere, q. Plato in ijs quos obeūda Reip.  
 requirit destinauit, moderatū quendā et mediū mentis habi-  
 tū requirit, qui neq; ad ferocitatē usq; cōcitatus sit,  
 neq; ad ignauia abiectus. Eā uero ē duab. inter se pu-  
 gnātibus rebus, musica gymnasticaq; cōflari censet  
 oportere. Hunc nimirum in te uideor mihi cōspice-  
 re, cum mediā quandā indolem intucor, ē paterna  
 auitaq; animi sublimitate, atq; ē matris pietate, mā-  
 suetudineq; temperatā. Etenim quod iam nunc ma-  
 nusculis istis Pegasi ferociētis habenas, nō minus scē-  
 te q̄ animose, moderaris, et immanis belua, cuius cor-  
 pusculi sarcinulā uix sentit, eius tamē et arte, et anē-  
 mo cōcitatur, sistitur, in gyriū circūagitur, ad saltū  
 extimulatur, ad gradarium incessum stringitur, ad  
 succussariū tripudiū admittitur, quod nūc æquore  
 cāpi præcipiti uolare cursu, nūc ardua scādere, nūc  
 per præcipitia decurrere cogitur, ac puerilis sinis  
 stella nutibus omnibus paret, quod in tenera ista  
 fronte subluet nescio quid Augustum atq; heroicæ  
 maiestatis

# VIRTUTE AMPECTENDA

maiestatis, quod uix dum puer, nihil tamen habes  
 puerile, quod iam arcu, quod cursu, quod palestra  
 nulli cedis equaliū, paternæ auitæq; uirtutis sinus  
 lacrum agnosco. Rursum ubi te tãquam alijs oculis  
 contēplor & πτόλας ἐκ λεφαλῆς, atq; animad  
 uerto, quàm nihil quidem in te nō futuro principe  
 dignum, id est nihil humile, nihil stupidū, nihil in  
 generosum, at ē regione nihil feroculū, nihil arro  
 gans, nihil minax, nihil insolens, sed oculi non licen  
 tes quidem illi, at neq; rursus truces, uerum ami  
 ci: frons, neq; dura, neq; improba, sed alacris et ui  
 uida, uultus comis, & gratiarū plenus, os uerecun  
 dū, malæ decētissimo pudore semperq; parato pur  
 purisso tinctæ, sermo modestus & rarus, gestus cō  
 positi, Tū quàm pius in parentē, in auum reuerēs,  
 erga præceptorem obseruans, quàm inter æquales  
 obsequens, quàm nō imperiosus, aut morosus in mi  
 nistros, q̃ in neminē procax. In summa, cū cōsidero,  
 nihil in te deprehēdi, quod aulæ, quod fortunæ tuæ  
 mores sapiat, matris optimæ imaginē (ut Plautine  
 dicā) ipsissimā uideor intueri. Et sunt ista quidē ad  
 præsentē ætatis tuæ laudē magna, ad expectatiōē  
 uero et quasi prædiuinationē futurorū, maxima. Il  
 lud autē sp̃e de te nostrā uel maxime cōfirmat, quod  
 præter istā naturæ bonitatē, domi cōtigit habere u  
 triusq; uirtutis magistros egregios, bellicæ qdē auū

Medius ha  
 bitus pueri  
 Adolphi

Bonæ indo  
 lis exemplū

## DES. ERAS. ORATIO DE

tuum, in quo uiro nihil eorum de sideres, quæ solent  
 à fortissimo duce requiri: philosophiæ uero, ac uer-  
 luti musices illius Platonice Iacobum Battū, deum  
 Iacobus immortalē, quā rara doctrina, q̄ eximia uita to-  
 Battus tius innocētia, quā singulari faciūdia uirū? Quid  
 iam sit, quod suis de te uotis patria non audeat pro-  
 mittere, posteaquā tam felici indoli formator tam  
 egregius contigit? Cōtigit autem nō iam exoletō,  
 parumq; per etatē tractabili, id quod plerisq; solet  
 accidere, sed quemadmodū Phoenix ille Homericus  
 Achilli puello adhuc, penēq; infantulo datus est,  
 Διδασκόμενον τὰ δὲ πάντα μύθῳ φητὶ μὲν  
 μὲν πρὸς τὴν ἀρετὴν ὁπῶν, itidē tuā infantia uix  
 dum à lacte depulsam, statim Battus excepit, nutris-  
 cādi munus cū nutricibus ex æquo partitus, ut illæ  
 corpusculū tuum curarēt, hic animū fingeret: uide  
 licet hoc iam tum agente matre, ut ipso prope cum  
 lacte auriculis tenellis præclara illa sapiētū dogma-  
 ta instillaret, mētisq; tuæ recentē testulam, cuius o-  
 dorem & in omnē usq; uitam esset redditura, Phi-  
 losophiæ balsamo imbueret, neq; lingulā istam sine-  
 ret vulgari sribiligine pollui: sed purissimo Musarū  
 irrigaret succo, ac pectusculū istud rude adhuc,  
 et in quēuis habitū sequax præceptis formaret ami-  
 cis, Nā ad uirtutis institutionē, ut aliqua sera sit æ-  
 tas, nulla certe nō matura est. Hæc alius aut præte-  
 giret

# VIRTVTE AMPECTENDA

riret: aut summis uix digitis attigēda putaret. Ego  
 uero uel sola cōmemorāda duco: ut in quibus uera  
 felicitatis puppis & prora, quod aiunt, sit homini.  
 Siquidē nataliū splēdore, reliquisq; fortunæ mune  
 ribus, non pauci te mortales, uel æquant, uel super  
 rāt. Hæc tua propria penē felicitas est, et haud scio  
 an cū ullo nostratiū principū cōmunis, quod rudis  
 adhuc in eū incidisti uirū, qui mentis tuæ uacuā ta  
 bellā castis ac salutarib. occupare possit opinionib.  
 possit aut, quia doctissimus: uelit, quia optimus: effi  
 ciat, quia diligentissimus: quiq; te ueluti præsens  
 Mercurius, Moly quodā efficacissimo, id est, opti  
 mis rationibus, cōtra aulicorū illecebras, & uoces  
 quorundā morib. pestilentiores, tanquā cōtra Cir  
 ces pocula præmuniat. Rara profecto nostris in ter  
 ris auis homo nō triuiāliter eruditus: Rarior autē,  
 qui moribus sit usq; quaq; sanctis & inculpatis: Ra  
 rissima porro ac planē Phœnicis instar, qui cū ex  
 quisita doctrina summā morū innocentiam copula  
 rit. Quibus omnib. sic absolutus tibi cōtingit, ut non  
 uerear asseuerare, neq; Achilli Phœnicē, neq; Dio  
 nysio Platonē, neq; Alcibiadi Socratē, neq; Alexā  
 dro Aristotelē, neq; Neroni Senecā pari felicitate  
 cōtingisse. Quanquā isto nomine, nō tam fortunæ, q̃  
 parentibus debere te puto, quorū prudenti delectu  
 talis ascitus est. Alio qui uel una hæc felicitas optan

## DES. ERAS. ORATIO DE

da magnatib. qua sola ferè carèt. Quid autem reu-  
lit bene natū fuisse, nisi et bene instituaris? Princeps  
autē non temere instituitur ad uirtutem, nisi tum  
cœperis, cū se nondū esse principē intelligit. Quod  
recte reputans Philippus ille Mædonū tyrannus,  
uir multis modis laudatus, sibi magnopere gratula-  
batur, egregieq; uidebatur fortunatus, quod id tem-  
poris filium suscepisset, quo uir summus Aristote-  
les philosophiā doceret, unus ex omnib. dignus, cui  
tantum alumnū in gremium traderet. Ego uero for-  
tunatissime Adolphe, tibi non impendio gratuler?  
qui quidē domi assidue uideas audias, totūq; ac pro-  
prium possideas eiusmodi moderatorē, in quo non  
uel mores eruditione, uel eruditionem moribus, uel  
uitia quædā uirtutibus cōpenses, sed quem citra de-  
lectum ullum, totum ac tuto possis effingere. Cuius  
doctrinā si quis contempletur, quid rarius? si uitā,  
quid incorruptius? si facundiā, quid admirabilius?  
si festiuitatē, quid amabilius? Legis identidē in poe-  
tarum literis Adolphe, Phœbum aurata cithara in-  
signem. Legis Orphea fidibus canoris & feras &  
quercus, & saxa deniq; mouentē. Legis Mineruam  
ingeniorum et artium principem. Legis caduceato-  
rem Mercuriū efficaci uirga potentē. Legis nouem  
illas sorores, studiorū atq; elegantioris literaturæ  
præsides. Tum charites comitatis, atq; humanitatis  
autores

Iacobus  
Battus

# VIRTVTE AMPECTENDA

autores, Heliconia tēpe, fontē uocalē. Deniq; legis  
 & Pitbonē deam, quā Latini Suadelam nominant.  
 An tu ista deliria & nihili uoces existimas esse? res  
 sunt imprimis egregiæ, quas oēs uno in Batto tibi  
 spectare licet, neq; spectare modo, uerum etiam frui.  
 Etenim quid, queso te, omnino aliud uox illa homi-  
 nis dulcis ac tinnula, citraq; omnē asperitatem emi-  
 nus etiā aures feriens, nisi Phœbea quædā cithara,  
 aureis fidibus diuinū quiddā insonās? Quis est autē  
 ingenio usq; adeo stupido, fero saxeōq;, quē Battica  
 sua uiloquentia, & uel Nestorea illa mellitior, non  
 excitet, nō emolliat, nō edomet? Age uero quid illa  
 ē pectoris candidissimi uenis tam facile profluens,  
 semper pura, semper perspicua, semper exuberās o-  
 ratio, nisi Castalij fontis perēnis quædā skatebra?  
 Eam dū tu unā cum æqualiū tuorum grege, assidue  
 aurib. imbibis, et sermone cōsuefcis exprimere, nō  
 ne quasi pota, uocales loquaculosq; facit & alios?  
 Porro autem cum sic eruditione docet audientē, sic  
 acumine cogit, sic uarietate delectat, quis nō quasi  
 præsens Mineruæ numen agnoscat? Quid autē quo-  
 ties festiuissimis illis suis ac salissimis iocis omnium  
 animos mire demulcet atq; exhilarat, nōne Vene-  
 res omnes, omnes Charites de loquentis ore scatere  
 tibi uidētur? Cū inaudita quadā arte, omnium sese  
 moribus attēperat, in quemuis affectum quoscunq;

## DES. ERAS. ORATIO DE

libuit, rapit, nonne Mercuriale quiddam refert? In  
huius profecto unius labijs Pitho illa flexanima, ses  
sitare uidetur. Cū eo uiuere ac sermones miscere, ni  
hil aliud est q̄ in Parnassi nemoribus inambulare.  
Deniq; musarum chorum non desiderabit, quisquis  
Cyclopædiam illam omnium disciplinarū ansulis ab  
solutam, in eo perspexerit. Quis non uel hominem,  
istiusmodi propter literas, uel literas propter homi  
nem, mirari, amare, colere incipiat? Erres, mihi cre  
ceptor de, uehemēter, atq; adeo nimium ingrate facias, nisi  
istam felicitatis tuæ partē uel præcipuo calculo nu  
meraris, quæ regibus etiam opulentissimis nō raro  
nō contigit. Et o deum immortalem, quid æque, im  
mo quid aliud ad principū felicitatē pertinet, quā  
ut ipsi de suo pte pectore, non de aliorum sententijs  
discāt sapere, et ea pueri à bonis ac doctis uiris hau  
riant, quæ grandes nō sint ab assentatoribus audita  
ri. At nondum equidē statui, tu ne isto tali formato  
re, an te ille tali alūno fortunatior? Quanquā uter  
que altero beatissimi mihi uidemini, proq; meo in  
utrunq; amore, tum illi de te, tum tibi de illo gratu  
lor: tibi quod felicissimo ingenij tui solo tantus cul  
tor contigerit, illi quod aliquādo nactus est materi  
am dignā in qua singularis artifex neruos intēdat  
suos. Itaq; adeo nō uobis tantū, uerum et literis ipsis  
publicitus gratulandum censeo, posteaquā tandem

non

# VIRTUTE AMPECTENDA

non Ennijs, Plautis, Cæcilijs, sed & ab his cœperūt  
coli tractariq; à quibus si quid attulerint splendoris,  
cū scœnore recipiāt. Quæ si in obscurū quēpiam  
inciderint, etiamsi præclaræ sint, tamē nescio quo  
modo autorum humilitate, ceu fumo obscurantur.  
In tui uero similibus, etiā mediocres, mirum quā  
eluceant, dum uicissim & doctrina fortunā, & for  
tuna doctrinā illustrat. Ipsæ itaq; literæ mihi gau  
dio gestire uidētur, uidere iam uideor sorores illas  
Heliconias sibi plaudere, te dulcissimū alumnū cer  
tatim sinu rapere, ex osculari, complecti, cū tu for  
tunatis istis articulis, calamum per æquor chartas  
ceum ductitas, dum blæsa ac uix dum firma lingua  
Græcæ pariter ac latinæ linguæ uerba meditaris,  
dū formosulo isto et generoso ore, ac uocula amabi  
li, iam nūc orationē & liberā pronuncias, & nume  
rosam modularis. Macte indole puer, deū optimum  
maximūq; precor, ut istā mentē, istos egregios im  
petus, seruet fortunetq; uelitq; quasi iā herbescen  
tem uirtutē tuā, sui sideris afflatu, ad maturā segetē  
prouehere, ut idē autor simul & ætatis, & honesti  
propositi, incrementa felicia largiatur, ne uidelicet  
quod in alijs ferē cōspicimus, in te abominamur, de  
istis tuarū uirtutū quasi cunabulis, uelut Adonidis  
hortorū delicijs, breui et inani uoluptate deliniti ui  
deamur. Caue ne tibi tua felicitas securitatē addu

## DES. ERAS. ROT. ORATIO DE

cat. Nā etiā si sic omnibus naturæ fortunæq; dotib.  
 sis locupletatus, ut uel Pandorā ipsam præcurras,  
 nihil tamen actum putem, nisi ad eas cōmoditates  
 par accesserit industria: quæ quidē ut sine illis penē  
 māca est, ita illæ hac destitutæ, prorsus ociosæ sunt,  
 si negligas: pñciosæ, si insolescas: mortiferæ, si abu-  
 taris. Et si quicquid possunt ignes illi cœlestes, cū  
 prosperrimi sunt, id omne in te unū contulerint, si  
 Rhamnusia illa uel totū cornu suum in te semel effu-  
 derit, maximam bonæ mentis partem ipse tibi præ-  
 stes necesse est. Quare fac manib. pedibusq; huc an-  
 nitare, ut te istis dotibus parem reddas, parē uotis  
 tuorum, parē imaginibus maiornū, parem curis opti-  
 mi præceptoris. Etenim cū omnia tam benigne sup-  
 petant, nō poteris tibi nō summo cum dedecore der-  
 esse. Proinde ut in bene cœptis constanter pergas  
 Adolphe, nō desinam Homericum illud tibi ad aures  
 occinere. Cur autem non Græce potius, quādo  
 quidem tu etiam nunc Græce meditaris?  
 Ἐσὺ θεὸς μάλα γὰρ σ' ὀρέω καλὸν τε μέγα τε  
 Αλκιμὸς εἰς ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων θυέπῃ  
 Et quoniam (ut sæpius diximus) omnia ad perfectā  
 laudem adsunt adiumenta, φόρῳ ἀνεμὸς τε καὶ  
 ὕδωρ, facito ut & illud eiusdem poetæ uerum sit,  
 τὴν δ' ἀνεμὸς τε κυβερνήτης τ' ἕωκιν. Quod  
 si feceris, futurū cōfido, ut tu generi, patriæ, tuisq;  
 omnibus

# VIRTUTE AMPECTENDA

omnibus per literas, & literis inuicem per tuā fortunam, ingens sis tū decus, tum præsidium allaturus. Illud addā in fine, quod uelim animo tuo quā penitissime insideat, ut persuasissimum tibi habeas, nihil tam generosis ac bene natis dignum, quā pietatem. Nō temere moneo, compertum enim habeo in aulis esse nonnullos, qui nec sentire ueretur, nec dicere pudet, Christi doctrinā nihil quicquā ad proceres attinere, sed sacrificis ac monachis esse relinquendā. Ad horum exitiales incantationes obturatis auribus, quo te mater, quo Battus uocat, sequere. Et ut etiam nunc cū literarijs rudimentis Christum incipias imbibere, mitto tibi precatiōes aliquot, quas matris rogata, Battus hortatore cōscripsi, sed tibi. Eoq; sermonis figuram nōnihil ad tuos annos attēperauimus. Quibus si diligēter uteris, simul & orationem tuā feceris meliorem, & militares illas precatiunculas, quibus aulicū genus plerūq; delectatur, nō indoctissimas modo, sed et superstitiosissimas contempseris. Vale. E. Lutetia.

Anno à Christo nato millesimo  
quadringentesimo  
duodecentesimo.

Concio